48 ſcepit in ſe quoſdam caſus, † & conductor alios, tunc ſi, contingat fieri remiſſionem propter caſus ſusceptos à locatore, compenſatio non fit, ſi poſtea contingat vbertas, quia prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis, Ang.conſ. 211. Boſſ. de remiſſ.merced.publ.n.29 Hic, ita fuit conuentum inter partes quia locator ſuſcepit in ſe caſum belli & peſtis & conductores caſum periculi, riſici. ergo.

49 Secundo reſpondetur quãdo † remiſſio eſt facienda, licet ſuperſint aliqui anni in quibus, poſſit vbertas contingere. Dominus tamen, non poteſt remorari remiſmiſſionem hoc pretextu, ſed poteſt proteſtari, ſi ſequentibus annis vbertas contingat, Sal.d.l.licet.C. locat. vel ſine proteſtatione per tex.d.l.ſi vno.ff.locat.

Nec tandem obſtat, quod remiſſio iſta fieri debeat pro

50 rata ſola illius anni, vel menſium, quibus ſterilitas con tingit ſecundum Boſſ.ſupra nu.23.

Reſpondetur quod id non procedit, quando calami-
51 tas eſt talis quæ facit ſterilitatem ad multos annos ; tunc habenda eſt conſideratio omnium illorum annorum, veluti, ſi aquarum pro fluuio ager ſit arena multũ inſperſus, Bar.d.l.ſi vno.§.item cum quidam. ff. locat. Soc.conſ.88.col.fin.vt pro rata cuiuſque anni vel menſis, dicta remiſſio fiat, vt declarat Boſſ.d.tit. de remiſſ. merced.Conduct.nu.23.& ſeq.

Sublatis igitur vt ſupra ex aduerſo deductis pro com-
52 plemento noſtræ conſultationis, ſubijcio, Locator tenetur ad remiſſionem mercedis & intereſſe, quando cõductor impeditur vti frui re conducta, culpa locatoris, Soc.conſ.156.nu.3.& ſeq.lib.2.

Idem quando conductor impeditur vti re conducta
53 ab eo, quem locator poterat impedire, & cui poterat ꝓhibere, & tunc locator tenetur, & ad remisſionem mercedis & ad intereſſe Soc.ibidem.

54 At quando abſq; culpa ipſius locatoris impeditur vti re conducta, tunc fit ſolum remisſio mercedis Soc. d. cons.156.nu.9 lib.2.

55 Idem, ſi impeditur conductor vti re conducta, ab eo quem locator, non poterat prohibere, tenetur ſolum ad mercedis remisſionem, pro rata Soc.ibidem.

56 Si tamen, ſuo facto, impeditur ipſe conductor vti re conducta, locator non tenetur Soc. conſ.71.lib.3.

In hoc caſu conductor fuit impeditus, & impeditur vti re conducta ab eo, quem locator, non poteſt prohibere vt patet ergo tenetur ſolũ locator ad mercedis re-

miſſionem

miſſionē pro rata, vt ſupra eſt deductum. Et ita iuris.

Baldaſar Nutus de Aſsiſio I.C.

Idem ſentio ego Guidus Pancirolus in florente Gymnaſio Patauino iuris ciuilis veſpere in prima ſede ordinarius interpres, & ideo ſubſcripſi.

Motiua & iuris reſponſa ſupraſcripta diligenter conſideraui, & inueni contractum iſtum redolere naturam manifeſtę locationis etiam quando ab initio initus fuit cum Reuerendā Cam. Apoſt. pacto ne recipiens teneatur quicquam ſoluere bello vel peſte cum pluribus ſolutionibus æqualibus ſtatutis diebus fiendis. Et quoniam vna locatio alteram declarat Bal. in l. lege C. locat. not. in l. item queritur §. qui in perpetuum ff. eod. & l. ſi ſeruus plurium §. fin. de legat. 1. accedunt quod ſi remiſſio fit ob bellum & peſtem debet etiam fieri ob famem & alios caſus ſimiles, non obſtantibus dictionibus taxatiuis l. ex conducto §. ſi vis tempeſtatis ff. locat. glo. in l. ob es alienum tantū C. de predi. min. ſine decr. non alien. vrgentibus rationibus Rip. & Boerij ab excell. DD. conſulent. Antonio Piaggio, & Baldaſſare Nuto in ſuis eruditisſimis iuris reſponſis, pōderatis & abunde relatis in eorundem Dominorum Conſulentiū ſententiam inclinaui, & libenter ſubcripſi.

Ego Angelus Mattheaccius maroſt. Vincent. Aulæ Cęſareę Comes palatinus, In Patauino Gymnaſio e prima ſede ordinarius Iuris Ciuilis matutinus interpres.

S V M M A R I V M.

1 *Recipiens in ſe omne riſicum, & periculum non tenetur de inſolitiſſimo caſu.*
2 *Caſus inſolitus & inexcogitatus non comprehenditur ſub verbis quantumuis generalibus.*
3 *Iuramentum non trahitur ad incogitata, nec ad caſus ad quos non trahitur principalis renunciatio.*
4 *Miraculum quodnam dicatur.*
5 *Fortuitus caſus inuſitatus dicitur de mille annis.*
6 *Lex non preſumit caſus penitus inſolitos.*
7 *Caſus fortuiti quandoque facto naturæ, quandoque facto hominum eueniunt.*
8 *Non debet inferri de vno ad alium gradum, maxime ſuperlatiuum.*
9 *Magna, & parua quantitas conſideratur arbitrio iudicis.*
10 *Verba mercatorum ſunt potius dirigenda ad æquitatẽ quam ad rigorẽ.*
11 *Damnum graue & grauiſſimum quot modis conſideretur.*
12 *Ob ſterilitatem fit remiſſio pro rata.*

QVAE ſuperius dicta, & concluſa fuerunt in preſenti cauſa per Excellentiſſimum D. Aduocatum Conductorum dictarum Gabellarum Dominum Antonium Piaggium confirmata per Illuſtr. & Eccellẽtiſs. Dominum Spanochium, videtur mihi quoq; de iure ſubſiſtere, & ęquitati maxime inhęrere. Vnde requiſitus de ſubſcriptione libenter acceſsi in eandem ſententiam, quam placuit ex infraſcriptis roborare ne illotis vt aiunt manibus in eam deſcendiſſe videar.

Negari

Negari enim non poteſt quin caſus occurſus his tribus & quatuor annis proxime preteritis fuerit nimis valde exceſsiuus ratione Inſolitiſsimæ penuriæ omniũ victualium, qualis nunquam auditus in his partibus, ſed ſimilis potius temporibus Ioſeph in Egypto, verum etiam ratione occurſæ mortalitatis pauperum Colonorum, & artificum, & inſuper etiam ratione totalis fere declinationis omnium negociorum mercaturam reſpicientium. quo ſtante non poteſt dici quod per verba contractus nec aliter cenſeatur cogitatum inter partes contrahentes neque in ſpecie neque in genere de huiuſmodi caſu, ſapiente potius miraculum quam caſum mere fortuitum, de quo preſertim adſit aliqua hominum memoria etiam à mille annis citra; ideo nimirum ſi facienda ſit remiſsio, ſeu defalcatio que petitur vt in terminis per Bal. cõs. 119. verba dicũt li. 1. vbi quod recipiens
1 in ſe omne riſicum & periculum non tenetur de †inſolitiſsimo caſu excedente metas ſolitas huiuſmodi caſuũ & ſapiente potius quoddam miraculum, cum tale riſicum, & periculum in ſe ſuſpiciens, non ſit cenſendum intellexiſſe de tali Inſolitiſsimo penitus nec voluiſſe precipitare ſe ipſum, nec vitium cœli, aut ſoli in ſe voluiſſe ſuſcipere contra omnem potentiam hominis, & contra omnem equitatem naturalem, vt per eum quẽ etiam refert & ſequitur Aymo. conſ. 92. n. 2. poſt Soc. cõſ. 123. col. pen. in fin. ſub nu. 10. lib. 4. & latiſſime tradit Menoch. cõs. 27. per totum lib. 1. vbi diſputat materiam ad vtramque partem in caſu, in quo conductor in ſe ſuſceperat omnes caſus, & omnem fortunam, periculum & caſum inſolitum, adiecta generali clauſula,

quod

quod etiam teneretur ad omnes & quoſcunque caſus quoquomodo contingentes etiam ex facto illius communitatis, & etiam adhibito iuramento & tamen à nu. 6. ad nu. 12. iuncto nu. 17. ad finem nu. vers. 2. adducor cum ſeqq. vſque ad nu. 22. ex multis probat & con-
2 cludit caſum valde inexcogitatum † non comprehendi ſub verbis quantumuis generalibus, & vniuerſalibus cum etiam Iuramentum ad talia ſic Inexcogitata non trahatur prout etiam habetur per Ripam ſe magis declarantem circa dicta per eum ſuperius in ſuo tractus de peſte in tit. de priuileg. contractus cauſa peſtis nu. 99. vers. aliqui vero ſunt Inſoliti in ſuperlatiuo gradu &c. cum nu. ſeq. & nu. 101. vers. breuiter in hoc puncto &c. cum ſeq. & nu. 104. cum ſeq.

Id quod confirmatur ex trad. per Alexand. conſ. 28. lib. 1. n. 9. ver. capio ſecundũ cũ n. x. xi. & xij. vbi de conductore qui in ſe ſuſceperat periculum certorum caſuum fortuitorum, & in ſpecie ſiccitatis, ſubijciens quod volebat teneri etiam de omnibus alijs caſibus, qui poſſent immaginari, excipiendo caſum Guerræ & tempeſtatis generalis dumtaxat, etiam cum Iuramento, & tamen vult illum non teneri de caſu non veriſimili ſiccitatis extraordinariæ, & inſolitæ ac nunquam antea viſæ, cum de tali caſu non preſumatur cogitatũ, quia licet excepto guerrę, & tempeſtatis firmet regulam generalem in caſibus non exceptis, non tamen facit quod comprehendantur vltra quam de ſui natura debeat illa Reg. ſeu generalis diſpoſitio cõprehendere,
3 nec etiam Iuramentum † trahatur ad incogitata, nec Caſus ad quos non trahitur principalis renunciatio, prout

etiam

etiam idē vult idem Alex.in conſ. 107. nu.15. verſ. non obſtat quod Dominus &c.cum nu. ſeq.lib.3. vbi aderat pactū quod nō poſsit peti reſtauratio ſeu compenſatio quacunq;de cauſa que dici vel excogitari poſsit, & tamen vult quod nō includatur caſus inconſuetus & nō veriſimilis & extraordinarius, & cōmuniter nō contingens, ſeu valde inſolitus, & ſequitur Alba congerens alia plura in conſ.1.n.4.cum ſeq.vſq;ad n.8.lib.1.& bene Franc.Beccius.conſ.82.nu.11.& 12.

Et idem etiam habetur perCorneum bene in conſ.23. col.pen.verſ.& licet lib.2.& in conſ.12.n.4. cū ſeq. lib. 4.Alciat.conſ.49.nu.4.lib.8.Menoch.d.conſ.27.nu.18. cum pluribus ſeqq.l.1. Beccius d.conſ. 82.nu. 12. Io. Guttier de contractu. Iurat. cap. 24. nu.7.tomo 6.parte 2. ſol. mihi 73. Seraph. de priuileg. Iurament. priuileg.106.nu.10.verſ.huiuſmodi priuilegiumMenoch. cōſ. 2.nu.18.cum pluribus ſeqq.

4 Nam miraculum reputatur † non quod raro,ſed quod rariſſimum contingit contra vel ſupra naturam,& ad id Iura non adaptatur, vt declarat Mayner.in l.ea que raro,nu.2,iuncto nu.8.de rag.iur.per tex.in Auth.de conſulibus §.ſi enim hoc adiuuētum eſt&c.in fine ibi in his enim que raro fiunt miraculum eſt &c.cum glo. in ver. miraculum.

Raritas enim ad effectum vt potius cenſeatur miraculum, conſideatur in eo quod ſemel in mille annis contingit, vt notat Dec.in d.l.ea que raro nu. 1. & 2. de reg. iur.per doctr.Bar. in l.ſcio.§.medico nu.4.ff. de annuis legat. vbi preciſe loquitur de renunciante generaliter caſibus ſortuitis, & vult fortuitum caſum Inuſitatum

tum

5 tum dici de mille annis † & ibidem Cagnol. ſubdit nu. x. quod lex etiam caſus raro euenientes determinat quandoque, ſed quando rariſſimè,& ſic in ſuperlatiuo raritatis gradu eueniunt,non eſt mirum,ſi ipſa lex tamquam de miraculoſis curam non habuit, ſed determinabuntur per regulas aliarum legum, vt ibi per eum poſt Chriſtoph.Porcium in §.inſula inſtituta de rerum diuiſion.

Non itaque hoc caſu defectus mentis & cogitationis partium oritur à ſola verborum figura, quia generalitas & vniuerſalitas verborum videntur debere ſufficere,vt aliter conſiderat Iuriſconſ.in l.Iulianus de leg. 3. & in l.1.§, generaliter de leg. preſtand. & Bart. in l. 1. de vulg. & pup. dum declarat quotupliciter quid dicatur expreſſum, ſed oritur talis defectus mentis & Inueri ſimilitudo ab intrinſeca ſubiectę materiæ natura, & ab eo quod ſuperinde lex preſumit & ſtatuit, quia non
6 preſumit nec vult huiuſmodi caſus pænitus † inſolitos, ſeu inſolitiſſimos, ac potius miraculoſos, cenſeri cogitatos,neque comprehenſos in diſpoſitione quantumuis generali, & vniuerſali, niſi expreſſe fuerint ſpecificati,tamquam ſpeciali & ſpecialiſſima nota digni, & niſi liquidiſſime conſtet de eis fuiſſe habitam ſpecialiſſimam, & indiduam rationem inter contrahentes,cum potius ubi aliquid ſine captione vnius vel alterius partis inueſtigari clare non poteſt, tunc eligendum ſit id quod minimum habeat iniquitatis,vt ſunt formalia verba tex.in l.quoties nihil de reg.iur.vbi Dec. nu. 11.& 31 dat concord.

Cum.n.huiuſmodi caſus fortuiti quãdoq; eueniant fa

cto naturę

7 cto naturæ,† vt grandines ſæpe euenientes,quandoque
facto hominis, vt incurſus latronum, ac alias multipli
citer vt per Mayner.in l.contractus nu.*66*.& *68*.de reg
iur.vtique verborum generalitas, & vniuerſalitas ſa-
tis operari poteſt in tali generalitate, ne verba ſeruiant
de vento abſque eo quod etiam capiant hæc tam valde
inſolita ſeu verius inſolitiſſima, & potius miraculoſa
contra omnem rationem, & naturalem equitatem per
ſupra deducta Ideo &c.

Accedat quod in omni materia tam contractus quam
vltimarũ volũtatũ & tam fauorabili quã reſtringibili &
odioſa dãtur gradus diſtincti tam ad lucra quam ad dã
8 na,ex quibus non infertur de vno ad alium †gradum &
maxime ad ſuperlatiuum, niſi id clare ſpecificetur, vt
in contractibus eſt tex.clarus in l vbi autem non appa-
ret de verb.oblig.ubi ponitur de poſitiuo gradu boni-
tatis vini & de comparatiuo ideſt de meliori, & de ſu-
perlatiuo, vt eſt optimum quod non debetur niſi expri
matur & in vltimis voluntatibus in l. nimis cũ ibi pl ne
nota ff.de leg.3.vbi non intelligitur de maximis, nec de
precioſiſſimis niſi ſit dictum, & in terminis læſionis vt
detur enormis enormior & enormiſſima & de vno gra
du non inferatur ad alium maxime ſuperlatiuum ha
betur plene per Imol.in c.quintauallis fol. 124.col. 2.
ad fin.uers.fateor tamen quod poſſet dici de iureiur. &
per omnes in c.quamuis de pact. in *6*.

Id quod in tantum procedit quod etiam ſi renuncia-
tio ſit latiſſime concepta quia dictum ſit quantumcum-
que contingat enorme preiudicium inferri, vel quia in
compromiſſo ſit data poteſtas ut poſſit tolli de iure v-

nius partis & dari alteri in modica,& magna quantitate ac moderate& immoderate,nihilominus tamẽ etiã tũc omni Iudex ex equitate poteſt ſubuenire læſo, pẽſatis cauſis, locis,tẽporibus, & qualitatibus perſonarum,vt nunquam intelligatur de gradu ſuperlatiuo enormiſſime læſionis per Imol.poſt Hoſtien. in d. c. quintauallis fol.124.in 2.col.ad fi.vers.4.casus cũ seq.col.1.in principio.de iureiuran.& per Doct.in d.c.quamuis & alibi sępe & per Bart.in l.ſi ſocietatem §. arbitrorum sub nu. 24.25.& 31.ff.pro socio & late & bene Bal.in l.cum antea que eſt lex pen. nu.3.4.5.& 6.C.de arbitr. ubi maxime sub d.nu.3.in vers.communiter obſeruatur&c.vult ex communi obſeruantia, vt non obſtante quacunque verborum cautela, propter magnam & enormem lęſionem ſit danda prouiſio equitatis sub cuius clypeo videntur addiecta illa verba quantumuis generalia subdens nu.4.& 5.magnam & paruam quantitatem conſiderari † reſpectu perſonarum & cauſæ iudicis arbitrio

9 Et proprie in materia noſtra de primo gradu poſitiuo casus fortuiti eſt tex.in l.que fortuitis C. de pignor act.& de 2. gradu comparatiuo eſt tex.in l. ſi merces. §.uis maior & in l.2. ex conducto §.ſi uis vers. sed &ſi labes cum vtrobique not.ff.locat.de 3.autem & ſupertiuo gradu habetur in d. l. ea que raro ubi Dec.& Cagnol. ſpecifice notant de rariſſ.ff.de reg.iur.prout in rariſſimo gradu casus insolitisſimi loquitur Rip. de Peſte d.nu.99.vers.aliqui vero sunt insoliti in superlatiuo gradu &c. cum nu.seq. & nu.101. vers. breuiter in hoc puncto cum nu.seq.iuncto etiam nu.108. cum seq & Becc.d.cons. 82.nu.13.ibi quia rarisſime in regione

solerent

ſolerent &c. & ante omnes Bald. d. conſ. 119. lib. primo quem refert etiam & ſequitur Socin. d. conſ. 123. nu. x. l. 4.

Quod autem preſens materia reſpectu lęſionis & grauitatis preiudicij ſit regulanda Iudicis arbitrio & quod hic non intret illa conſideratio de qua in l. 2. C. de reſcin. vend. vltra quod nō agitur illo remedio reſciſſiuo, ſed continuatio habita tamen competenti defalcatione ſuadet qualitas conductorum qui cum ſint mercatores
10 eorum verba ſunt potius dirigenda † ad equitatem quā ad rigorem, ex trad. per Strach. de Mercatu. in tit. quomodo procedendum ſit in cauſis mercat. in princ.

Prout etiam aduertendum eſt, quod damnum graue
11 & grauiſsimū cōſideratur dupliciter, † & quidē ad diuerſos effectus vno modo reſpectu vnius rei seu causę ad ipſam rem seu causam, puta ſi eſt damnum in 3. vel dimidia aut in tota re, ſeu causa, maxime quando agitur de damno contingente in ipſo contractus initio, habito reſpectu ad valorem illius temporis, & tunc procedit illa opinio, quod debeat eſſe vltra dimidiam, & ita loquitur & procedit tex. cum materia in d. l. 2. C. de reſcind. vendit. quoniam tunc agitur de reſcindendo illum contractum etiam ab initio, & ita loquntur in fonte allegata ad diſcuſionem illam, an de 3. an de 6. an dimidia ſit intelligendum.

Aliquādo & ſecūdo caſu inſpicitur graue ſeu grauiſſimū dānum, habito reſpectu ipſius rei seu cause ad qualitatē personæ damnum patientis, & eius patrimonij, & tunc inſpicitur an ſit damnum in 3. vel 4. aut alia quota, vel an vltra aut citra dimidiam, ſed tunc inſpicitur an Iu-

dicis arbitrio inſpecta qualitate perſonę damnũ patiẽtis, & eius patrimonij damnum ſit vere magnum ſeu maximum aut inſuportabile, & quando maxime incidit poſt contractum iam factum habentem tamen ſucceſſiuam naturam ad effectum vt tale damnum ſit reparandum, & an illud debeat equitatis prouiſionem recipere, nõ à die cõtractus preciſe ſed a tempore quo damnũ cæpit emergere, & tũc id regulandũ venit Iudicis arbitrio, non ad quotam, ſed ad damni quantitatẽ habendo reſpectum Iux. notanter trad per Imol. in d.c. quinta tauallis fol. pen. de iu iur. Iunctis trad. per Socinum conſ. 266. in cauſa que vertitur nu. 24. vers. ad quam difficultatem &c. cum n. ſeq. lib. 2. & trad. per Bar. in l. admonendi col. pen. nu. 54. vers. sed eſt aduertendum quę cauſę dicantur magnæ &c. de Iureiur.

Id quod etiam bene confirmatur ex trad. per Didac. de practic. queſt. cap. 30. col. 9. ad finem vers. vide tamẽ non ſemel &c. fol. 206. cum col. seq. in princip. vbi inquit ſæpius vidiſſe iudicari in illo Pretorio Granatenſi pro remiſſione fienda occaſione tertię vel quarte partis damni subsequuti arbitrio illorum dd. Iudicum propter maximam ęquitatem occurrentem in hac materia, & propter magnas difficultates ſuper inde exorientes, maxime in materia probationum subdens ibidem fol. 205 à tergo ob ſterilitatem fieri remiſſionem pro rata ideſt ratione illius partis quæ a ſolita fructuum perceptione deficit, & subdens fol. 206. vers. hoc ipsum conſtat ex eo &c, remedium leſionis vltra dimidiam, vt prefertur, prouenire à læſione occurrente ab initio conuentionis penſionis præſtandæ, remiſionẽ vero fiendam ex causa

ſterilitatis

12 ſterilitatis, † eſſe fiendam, quoties poſt conuentionem etiam iuſtisſime ab initio facta emerſerit calamitas in fructibus, ſi affert graue damnum conductori vt dictũ eſt, vt ibi per eum. Igitur cum iſto caſu intelligam occurriſſe, & occurrere graue, & grauisſimum damnum his DD. Conductoribus & notorium ſit vbique hanc generalem calamitatem in partibus noſtris fuiſſe & eſſe inſolitisſimam, & de hoc non eſſe memoriam hominũ in contrarium, propterea concludo defalcationem & remisſionẽ õnino de iure deberi, boni viri arbitrio per prȩallegata, vna cum alijs deductis per predictos Excellentisſimum Dominum Conſulentem rectius tamẽ ſentientis Iudicio ſemper ſaluo.

Franciſcus Turturellius I.C. Prepoſitus & Canc. S. Petronij de Bononia.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 rortuitus caſus dicitur ſterilitatis ſicuti peſtis, & belli.

2 Fortuitus caſus is dicitur qui ab hominibus preuideri nullo modo poteſt

3 Fortuitus caſus inſolitus nuncupatur quando non contingit ab hominũ memoria citra tam ſupra centum annos quam etiam minori tempore.

4 Remiſſio mercedis fieri debet conductori etiam ſi ſuſcepit in ſe caſus fortuitos qu ando caſus eſt inſolitus .

5 Locationes quando plures ſunt ſolutio fieri debet diſtinctis temporibus.

6 Fortuitus caſus cedit damno emptoris.

7 Gabelle seu datij redditus emẽs diſtributa ſolutione pretij p ſingulos ãnos cõtingui poteſt remiſſionẽ mercedis ob damnũ contingẽs caſu fortuito.

7 Locationes, & cõductiones dicũtur etiã qñ contrahentes vſi ſunt verbo ẽptionis, & venditionis ſi ap paret diſtributũ preciũ in annos vel mẽſes

9 Exceptio firmat regulam in contrarium.

10 Fortuitus caſus belli, & peſtis exceptus trahitur ad alios casus fortuitos

13 Annus ſterilis non recompensatur ab altero fertili in caſu.

12 Remiſſio mercedis fieri debet pro illo anno, & mense damni paſſi quando ſunt plures locationes.

13 Fortuitos casus quando in sè suscepit locator damnum etiam exiguum resarciri debet ipſi conductori.

Facti, Species.

REVERENDA Camera Apoſtolica anno 1586. menſe Maio dedit, & conceſſit D.Marco Antonio Vbaldino ad appaltum Theſaurariam Peruſinam, & vmbriæ his verbis. Con tutti li ſuoi membri, ragioni, & emolumẽti ſoliti, e cõſueti à tutto ſuo riſico, & fortuna; ne vuole eſſer tenuta ꝑ tẽpo alcuno, ſaluo ne' caſi infraſcritti come ſeguita.

Item ſi conuiene, che s'accadeſſe (che Dio nol voglia) che ſuccedeſſe peſte, ò guerra, o altri caſi fortuiti per i quali detto Theſoriero veniſſe impedito nell'entrate di detta Theſoreria, non ſij tenuto detto Theſoriero al li pagamenti da farſi per conto di detta Theſoraria per tempo, ò ſomma de'tali impedimenti.

Prædictus D. Vbaldinus dedit, & concesſit. D. Valeriano Vrbano omnes, & ſingulas gabellas Ciuitatis Fulginei, ac fructus, redditus, & prouentus earundem ad ſoluendum in tribus ſolutionibus, hoc eſt, quod tertia pars ſoluatur menſe Aprilis, alia tertia mẽſe Auguſti, & alia tertia menſe Decembris ſingulis annis. Inſuper cum pacto, quod ſi per dictum tempus vigeret peſtis (quod Deus auertat) dictus venditor promiſit dare, & facere illud reſtaurum, prout, & ſicut Reuerenda Camera Apoſtolica dederit, & fecerit dicto venditori pro dictis gabellis, & earum occaſione, & non aliter, nec alio modo, & adhibitum eſt iuramentum, & iurium renunciatio in forma.

Præſuppouitur etiam in facto; quod ob magnam regionis ſterilitatem, prædictus D. Valerianus Vrbanus cui à D. Vbaldino datę & conceſſæ fuerunt gabellæ Fulginates ſentit maximum damnum: & ob id contendit ſibi remitti debere ab ipſo D. Vbaldino partem conuentę mercedis. Quam ob cauſam ipſe D. Vbaldinus prætendit etiam ſibi fieri remisſionem hanc à Camera Apoſtolica.

Quæritur quid iuris?

Initium

Initium à Domino.

ET ſi à præſtantiſſimis eruditiſſimisq; Iureconſultis Antonio Piaggio, & Balthaſſare Nuto hac de facti ſpecie adeò doctè, & acutè reſponſum eſt vt omnis mea opera ſuperuacanea videri poſſit: Non grauabor tamen paucis dicere quod ſentio. Et principio quidem certum eſt conuentum fuiſſe inter Cameram ipſam Apoſtolicam, & D. Vbaldinum, quod ipſe D. Vbaldinus non teneatur ſoluere aliquam pecuniæ quantitatem pro eo tempore, quo cauſa peſtis, aut belli, aut alterius caſus fortuiti impedietur in exactione redituum theſaurariæ. Ita enim clara ſunt dictę conuentionis verba, quæ ita leguntur.

Item ſi cõuiene, che s'accadeſſe (che Dio non voglia) che ſuccedeſſe peſte, ò guerra, ò altri caſi fortuiti, per i quali detto theſoriero veneſſe impedito nell'entrate di detta Theſoraria, non ſij tenuto detto theſorero alli pagamenti da farſi per conto di detta theſoreria per tempo, ò ſomma di tali impedimenti.

Si ergo eueniſſet peſtis aut bellum, dubium non eſt quin camera ipſa non compelleret ipſum D. Vbaldinũ pro eo tempore, quo perduraſſet ipſa peſtis, vel bellum. Porrò cum horum neutrum contigerit: ſed ſterilitas magna diſpiciendum eſt an huius ſterilitatis caſus dici debeat caſus fortuitus ſimilis vt illi peſtis, & belli, ita quod verba illa conuentionis, ò altri caſi fortuiti, comprehendant hanc caſum ſterilitatis? & verè reſpondum eſt, eſſe caſum fortuitum † ſicuti eſt peſtis, vel belli

Id quod

Id quod multis hic probatur.

Primo tex. l. licet C. de locato & conducto. cuius verba hęc ſunt licet certis annis quantitatibus fundum con duxeris: ſi tamen expreſſum non eſt in locatione (vt mos regionis poſtulabat) vt ſi qua lux tempeſtatis, vel alio cœli vitio damna accidiſſent, ad onus tuum pertinerent & quæ euenerunt ſterelitates, vbertate aliorum annorum repenſatę non probabuntur: rationem tui iux ta bonam fidem haberi rectè poſtulabis: eamque formam, qui ex appellatione cognoſcet, ſequetur. Hacte nus Alex. Imper. qui ſterelitates prouenientes cœli vitio inter caſus fortuitos reponit.

Secundo idem probat tex. cap. 3. extra de locato, & conducto, qui ſic legitur. Propter ſterelitatem adifici entem magno incommodo conductores, vitio rei ſine culpa coloni ſeu caſu fortuito, contingentem, colonis Eccleſiæ tuæ pro rata penſionis remisſio eſt facienda, niſi cum vbertate præcedentis, vel ſubſequentis, anni valeat ſterilitas compenſari. Hactenus ſummus Ponti fex, qui diſtinguit ſterilitatem culpa coloni prouenien tem, ſicuti quando non coluit, à ſterilitate (qualis fuit hæc, de qua loquimur) proueniente cœlitus. Quam quidem ipſe Pontifex dixit caſu fortuito contingere.

Tertio manifeſtius probat tex. l. ex conducto §. 1. iuncta l. ſequenti, quæ incipit ſi vno in principio Alciat. in eo enim §. 1. dicitur, locatorem teneri erga conductorem, qui damnum paſſus eſt ob vim cui reſiſti non po teſt, vt puta fluminum, graculorum ſturnorum. ſi incurſus hoſtium fiat: & ſi quid ſimile acciderit. Deinde in dicta l. ſi vno habetur, locatorem teneri remiſſionem

mercedis facere conductori ob ſterilitatem niſi vbertas aliorum annorum ſit, quę cum illa ſterilitate debet cōpenſari eſt ergo ſterilitas ſine conductoris culpa contingens connumeranda inter caſus quibus reſiſti non poteſt atq; inter caſus fortuitus.

2 Quartò, accedit, quod caſus fortuitus † is dicitur qui ab hominibus præuideri nullo modo poteſt.l.2.§.ſi eo tempore ff. de adminiſt. rerum ad ciuit pertin.ibi.Quia fortuitos caſus nullum humanum conſilium prouidere poteſt.& idem habetur in l.quæ fortuitis. C. de pigno. actio.Porrò futurorum annorum ſterilitatem, vel vbertatem præuidere nullus mortalium poteſt,niſi Dei opt. max.reuelatione, vt Ioſeph filius Iacob, de quo Genes. cap.41.eſt ergo dicendum ſterilitatem eſſe caſum fortuitum.

Quintò ſuffragatur auctoritas multorum, qui manifeſte dixerunt, ſterilitatem eſſe caſum fortitum. Ità ſanè admittunt omnes in dicta l.licet C.locati & cond. & in dicto cap.3.eo.& manifeſtius Boſſius in tract.cauſarum criminalium tit. de remiſſione mercedis conductorū nu.2.& 37.& 38.& Sebaſtianus Medices in tract. de caſibus fortuitis q.13.nu.22.

Sexto, & vltimo exiſtimo ſterilitatem,& penuriam annonæ ab eo anno 1586. vſque ad annum 1593. excluſiuè fuiſſe caſum fortuitum etiam valde inſolitū. Quis enim noſtrum,vel patrum noſtrorum uidit tam magnā ſeptem annorum continuam penuriam? Hæc equidem ſimilis fuit illi, de qua in præcitato cap. 41. Genes. cum tota ipſa Italiæ regio per tot annos ingenti fame, ob agrorum magnā ſterilitatem magnopere Iure ergo dici

dici debet caſus fortuitus valde inſolitus, iuxta traditio nem Cornei in conſ. 23. lib. 2. & Rip. in tract. de peſte in tit. de priuigijs contractuum nu. 97. qui dixerunt ca-
3 ſum fortuitum insolitum † dici, quando non contigit ab hominum memoria citrà vt puta ſupra centum annos imo etiam minori tempore vt reſpondit Socin. Sen. in conſ. 123. lib. 4. Porrò caſus fortuitus insolitos ope-
4 ratur † vt conductori fieri debeat mercedis remiſſio, etiam ſi ſuſcepit in ſe casus fortuitos. Ita Corne. & Ripa vbi ſupra & copioſius Bero. in cons. 142. nu. 15. lib. 1.

Non obſtant nunc ea, quæ pro Camera Apoſtolica adducuntur.

Primo obijcitur, Cameram Apoſtolicam locaſſe theſaurariam Peruſinam, & Vmbriam, quæ plures vrbes, & oppida continet; & ob id licet D. Vbaldinus senſerit damnum in exactione redituum vnius loci, lucrum tamen percepit ex alijs: & ideo conſequi non debet aliquam remiſſionem: ſicuti tradit Bosſius in d. tract. cauſarum criminalium in tit. de remisſione mercedis conductorum nu. 20. 21. & 22.

5 Reſpondetur primò, imo plures eſſe locationes ob id quod ſolutio fieri debet diſtinctis temporibus, vt in ſpecie reſpondit Alex. in cons. 107. nu. 6. & nu. 10. lib. 1. & alios infra referam.

Reſpondetur ſecundo, admiſſo citra veri præiuditium, locationem D. Vbaldino factam à Camera Apoſtolica eſſe vnicam tantum, & ideo ſecundum ius commune, locus forte non eſſe remisſioni mercedis, ſi impeditus fuit exigere reditus vno in loco, & non in altero, ſicuti

Boſſius ipſe vbi ſupra explicat. Verum tamen in caſu noſtro ceſſat iuris communis diſpoſitio: cum ſic expreſſe conuentum fuerit. Non ſia tenuto detto Theſoriero alli pagamenti da farſi per conto di detta Theſoraria per tempo o ſomma di tali impedimenti. Illud verbum, ſommo ſignificat quantitatem, quam exigere non potuiſſet Vbaldinus ob belli peſtis ſimiliſq; caſus fortuiti impedimentum. Comprehendit itaq; illud verbum ſic indefinitè prolatum quamlibet quantitatem, ſiue paruam, ſiue magnam.

Secundo vrgere videtur, quod imo non ſit locus alicui remisſioni mercedis. Nam ita D. Vbaldinus dicitur emiſſe à Camera Apoſtolica reditus Theſäurariæ quàm ipſe D. Vbaldinus dicitur vendidiſſe D. Valeriano gabellas Fulginates: atq; ita contractus eſt emptionis, & venditionis. ſicuti & nomen ipſum ſignificat vt tradunt Roma. & Imola. in l. cotem ferro §. qui maximos ff. de publica. & vectigal. idem Imola in c. propter ſterilitatem col. pen. de locato. & conducto. & Lud. Bolog. in additio ad l. de Anna. in conſ. 74. col. pen. At qui
6 in contractu emptionis † & venditionis omne damnum proueniens etiam à caſu fortuito, cedit damnu emptoris l. licet non ff. de periculo, & commo, rei vendi & l. 1. C. eo. & propterea emptor prętendere non poteſt aliquam prętij remiſſionem vt in ſpecie tradunt Ripa in tract de peſte in tit. de priuilegijs contractuum nu. 46. & nu. 51. & Bero. in conſ. 145. nu. 12. lib. 1. Ergo. D. Vbaldinns à Camera, & multo minus D. Valerianus ab ipſo D. Vbaldino petere, & conſequi non debet aliquã remiſſionem mercedis, & ſi vnus, & alter impeditus

fuit

fuit eb penuriam exigere ſolitos theſaurariæ reditus.

Reſpondetur ptimò contrahens uon eſſe vſos verbo emptionis, & venditionis:ſed tantum ita dictum eſt dedit, & conceſſit, quę verba etiam locationi conueniunt.

Reſpondetur ſecundò, quod & ſi ipſi contrahentes vſi ſunt verbis emptionem, & venditionem ſignificantibus, attamen verè, & propriè ambæ ſunt locationes, & conductiones nempe illa facta à Camera Apoſtolica D.Vbaldino, & illa, quam ipſe D. Vbaldinus fecit D.Valeriano, cum recepta magis ſit opinio eorum, qui
7 ſcripſerunt locationem † & conductionem dici illam quando cōtrahentes vſi quidem ſunt verbis emptionis & venditionis, ſed tamen in ſingulos annos vel menſes prætium conſtituerunt. Ita Bart. Angelus, & alij qnam plurimi quos longa ſerie congeſſi in commentarijs de pręſumptionibus lib.3.præsump. 104.nu. 6. vbi dixi in foro, & iuditijs non eſſe ab hac opinione recedendum & ſi rationes, & argumenta quibus vtuntur prætitati doctores ſint parum firma.

Reſpondetur tertiò non eſſe in caſu noſtro diſputandum de ipſius ſiontractus natura: cum manifeſta ſint conuentionis verba, quod D.Vbaldinus non teneatur ſoluere promiſſum prætium ſeu mercedem pro tempore, & ſumma impedimenti: ſicut diximus ſupra.

Tertiò adducitur argumentum, quod quando venditur aliquod ius, ſufficit vēditori præſtare ius illud, quod habet, nec amplius curandum eſt quid ex eo iure precipiatur: ſicuti dicimus de eo, qui emit nomen debitoris, vel hæreditarium: quia ſufficit, quod nomen illud ſit in

ſit in rerum natura licet ex eo nihil acquiratur .l. ſi nomen, & .l. cum hæreditas .ff. de hæred. vel actio. vend. & ſcribunt Barth. in q. 4. incipit Publicanus nu. 2. & Baldus in l. ſi ex lege C. de vſuris ſimiliter quan do venditur perceptio vel commoditas gabellarum, videtur vendita alea, ſpes, futurus euen tus, vt ſcribunt idem Barth. in dicta q: 4, nu. 4. & 14. & in .l. cotem ferro .§. qui maximos nu. 4. .ff. de publica. & vectigal. & Boſſius in tract. cauſarum criminalium in tit. de remiſſione mercedis publicanorum nu. 9. Porrò vendita alea, ſpe ſola, emptor contentus eſſe debet: & ceſſat remisſio: quia ſpes ſuccedit loco rei: & non perit, nec minuitur, etiam ſi fructus omnes intereant. Et propterea emptor contentus eſſe debet: & ceſſat remiſſio: quia ſpes ſuccedit loco rei; & non perit, nec minuitur etiam ſi fructus fructus omnes intereant. Et proptera emptor ſibi debet imputare, ſi ſola ſpe fuit con tentus, vt tradunt Barth. & Boſſ. ſupra allegati, & accedit Ripa in tract. de peſte in tit. de priuilegijs contractuum nu. 53.

Reſpondetur primò non eſſe venditionem vt diximus ſupra. Et admiſſo citra veri præiuditium eſſe ven ditionem, conſtat tamen hoc noſtro in caſu dici nõ poſſe venditum ius, vel nomen, nec ſpes aliqua, ſed locata fuit perceptio fructuum ſeu redituum, vt diximus ſupra: & propterea locus eſt remiſſioni mercedis, vt tradit ipſe met allegatus Boſſius in dicto tit. de remiſſione mercedis publicanorum nu. 6. & accedit dit Ripa in dicto tit. de priuilegijs contractuum nu. 62. & 63.

62.& 63. qui poſt Alex. in conſ. 108. lib. 3. dixit.
8 quod ille qui emit † reditus datij, ſeu gabellę, diſtributa ſolutione prætij per ſingulos annos, conſequi poteſt remiſſionem mercedis, ob damnum contingens caſu fortuito.

Reſpondetur ſecundò vt etiam diximus ſupra, nos verſari in caſu claro conuenctionis; quod D. Vbaldinus non teneatur pro tempore impedimenti prouenientis caſu, & fortuna.

Quartò affertur argumentum, quod prædicti contrahentes exceperunt duos caſus tantum nempe peſtis, & belli. Reliqua verò eſſe voluerunt riſico, periculo, & fortunæ ipſius D. Vbaldini. Hæc excep-
9 tio firmat † regulam in cnntrarium l.Tribunus §.vlt ff.de teſta. mil. Decius in l. 1. nu. 22. ff. de reg.iur. & in ſpecie reſpondit Alex. in conſ. 3. nu. 3. lib. 1. eſt ergo dicendum, quod vltra duos hos caſus expreſſos fieri non debeat mercedis remiſſio.

Reſpondetur, verum non eſſe, quod fuerint excepti duo illi caſus belli, & peſtis tantum quia imò excepti fuerunt omnes caſus fortuiti. Cum ita conuentum ſit. Item ſi conuiene, che s'accadeſſe guerra, o peſte, ò altri caſi fortuiti. &c.

Reſpondetur ſecundo à fortiori, quod etiam ſi ſimpliciter fuiſſet conuentum, quod conductor non teneatur pro tempore belli, & peſtis, ad huc non eſ-
10 ſent excluſi alij caſus † fortuiti, vt ſcribunt Decius in conſ. 555. nu. 11. & in conſ. 697. nu.10. & latius Boſſius in tract. Cauſarum crimin.in tit.de remiſſione mercedis publicanorum nu. 36. Nec repugnãt illa

verba

verba conuentionis; à tutto ſuo riſico. e fortuna &c. Quia intelliguntur, rebus ſic ſe habentibus, prout erãt tempore contractus. Ita in ſpecie reſpoudet Alex. in conſ.207.nu.15.lib.3.alioqui in caſu noſtro repugnarent veibis ſubſequentis pacti de quo diximus ſupra.

Quinto ſic arguitur, quod extra duos illos caſus peſtis & belli expreſſos, ſuſcepit ipſe D.Vbaldinus omne periculum, riſicum, & fortunam cum iuramento. Ergo omnes caſus etiam fortuitos ſuſcepiſſe dicuntur: perinde ac ſi omnes dicti caſus fuiſſent ſpecialiter expreſſi: tum quia ſub his verbis, periculi, riſichi, & fortunæ omnes caſus fortuiti dicuntur expreſſe, vt in ſpecie ſcribũt Alex.in dicto conſ.3.nu.5.lib.1.& Ripa in dicto tit. de priuilegijs contractuum nu.32.75.& 76.tum etiã quia iuramentum habet vim expreſſi cap. ex reſcript. extra de iureiuran.Bal.in l.1.nu.29.C.mand.& Alex.in dicto conſ.nu.5.tum deniq; quia excipiendo duos caſus fortuitos belli, & peſtis, & in reliquis ſuſcipiendo in ſe omne periculum, riſicum, & fortunam, dicuntur ſuſcepiſſe caſns ſimiles expreſſis vt tradit Ripa vbi ſup. nu. 77.

Reſpondetur vt dixi ſupra, quod imò excepti fuerunt omnes caſus fortuiti. Nam repeto iam dicta.

Sexto adfert r hoc argumentum; quod cum venditio hæc facta ſit ad nouem annos, licet his elapſis annis damnum paſſi ſint ij emptores. attamen petere non poſſunt mercedis remiſſionem: ſed expectare debent finem locationis: cum hornm annorum ſterilitas repen di poſſit a futurorum annorum vbertate ſicuti ſcribunt omnes in l.cotem ferro §.qui maximos ff.de publica.& vectigal.& in l.licet C.locati, & in cap. propter ſterilitatem

tatem de locato, & conducto, & tradit Boſſ.in d.tit.de remisſione mercedis publican.nu.23.

Reſpondetur primo, hunc non eſſe contractum venditionis, ſed locationis, vt ſupra demoſtrauimus, ob id remisſio mercedis fieri debet. Siquidem locatio facta ad multos annos dicitur cōſtituere quodammodo plures locationes, vt tradunt Boſſ.in dicto.tit.de remisſio-
11 ne mercedis publicanorum nu.19.& ideò vnus annus† ſterilitatis non recompeſatur ab altero fertili, vt ſcribit idem Boſſ.in tit.de remisſione mercedis conductorum nu.23.& nu.29.in fine.

Reſpondetur ſecundo in caſu noſtro adeſſe pactum ſpeciale, quod dictus D.Vbaldinus conductor non teneatur ſoluere pro tempore aut ſumma dicti impedimenti. Illa, pro tempore ſignificant, quod habenda non ſit ratio totius temporis locationis, vt ſcilicet vnus annus cum altero computetur: ſed quod pro quouis tempore, quo impediretur exactio redituum, pro eo non teneatur ad ſolutionem promiſſe mercedis.

Vltimò obijcitur, quod cum damnum, quod pasſi ſunt conductores, non excedat dimidiam ſummæ ſolitæ percipi: ſicuti atteſtati ſunt per multi teſtes, remisſio fieri non debet; ſicuti poſt alios tradit Boſſ.in d. tit. de remisſione mercedis conductorum nu.3.& 4.& idē ergo ipſe ſcripſi in lib.2. de arbitrarijs iudicum caſu 76.in fin.

Reſpondetur primò, hoc in caſu fuiſſe expreſſe conuentum, quod pro tempore, aut ſumma impedimenti D.Vbaldinus conductor non teneatur ſiue ergo ſit modici temporis, vel tenuis ſummæ damnum, repen-

dere illud debet ipſa Camera Apoſtolica.

Reſpondetur ſecundo, vt dixi ſupra, quod cum hę
12 ſint plures locationes, fieri debet remisſio † mercedis
pro illo anno vel menſibus damni paſſi, vt tradunt Boſſ.
in dicto tit. de remisſione mercedis conductorum nu.
23. Bero in cons. 142. nu. 27. in fin. lib. 1.

Reſpondetur tertio, Cameram Apoſtolicam locatricē ſuſcepiſſe in ſe ōes caſus fortuitos, ſicuti manifeſte ſignificant illa verba. Che ſe accadeſſe che ſuccedeſſe peſte, ò guerra, ò altri caſi fortuiti. &c. Porrò quando
13 locator † ſuſcepit in ſe casus fortuitos, damnum conductori contingens etiam ſi tendit ad exiguitatem non ſolitam rependi debet ab ipſo locatore. Ita egregiè Salicetus in l. licet in fine C. locati, & conducti, quem ſecuti ſunt Alex. in l. sed & ſi quis cautio: & in l. Titius ff. de lib. & poſth. & Bero. in cons. 142. nu. 24. & 25.

Concludo itaq; Cameram Apoſtolicam teneri remisſionem mercedis facere D. Vbaldino: & ipſum D. Vbaldinum D. Valeriano, cui & ſi videtur promiſiſſe ſimpliciter ob damnum causa peſtis contingens, non tamen excluduntur alij casus fortuiti, vt belli, ſterilitatis, & ſimiles, vt diximus ſupra ex ſententia Decij in cons. 555. nu. 11. & in cons. 697. nu. 10. & Boſſ. in dicto tit. de remisſione mecedis publicanorum nu. 36. Et ęquitati certè conuenit, quod ſicuti D. Vbaldinus meretur remisſionem mercedis à Camera Apoſtolica, vt eandem & ipſe faciat D. Valeriano ſubconductori, qui tamquā ſubrogatus eiusdem eſſe debet naturę, & conditionis.

Iacobus

Iacobus Menochius iuriſconſul. Papienſis Regius Ducaliſq; Senator Mediolanenſis ac ſacræ Regiæ Maieſtatis Catholicæ redituũ extraordinariorum præſes interrogatus reſpondi, & pro amore ſubſcripſi ad ſummi Dei laudem.

L A V S D E O.

BIBLIOTECA NAZ. VITT. EMANUELE ROMA